Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift



372

orientalium & egyptiorum / & erat sapientior cunctis hominib. sapientior ethan. chaman. & eman. & calcal. & dorda filiis maol / & erat nominatissim. in universis gentib. p circuitum.

Dat ds sapientiam xpo in patriarchis / & prudentiam multam nimis in pphis / & latitudinem cordis in scis apli. Quasi harenam que est in litore maris. Litus maris est stabilitas ecclie quietis / unde & xpus resurgens a mortuis. in litore suis apparet discipulis. In quo litore maris. harena illa multiplicatur: que de sapientia patriarcharum. de prudentia multa pphar. de latitudine aplorum propagatur: qa in celesti regno copiosa soboles fidelium. fide patriarcharum informata. spe pphar. confortata. dilectione aplorum perfecta. sup numerum harene congregatur / sicut psalmista prestatur: Mihi aut nimis honorificati sunt amici tui ds / nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos / & sup harenam maris multiplicabuntur. Precedebat sapientia salemonis. sapientiam omnium orientalium & egyptiorum. Qui sunt orientales / nisi uere fidei & uere sapientie predicatores. Qui s egyptii / nisi gentilium philosophi / in fidelitatis & ignorantie suae tenebris deformati.

Sapientia g salemonis. sapientiam omnium orientalium & egyptiorum precedit / quia sapientia xpi omnium uere sapientium scientiam. & indoctam phylosophorum prudentiam transcendit. Multa enim distantia est inter eos. qui participando sapientie sapientes existunt / & illum. qui est fons sapientie. & origo uirtutum. Unde xpus sapientior est cunctis hominib. / qa de eius plenitudine nos omnes accepimus. Sapientior ethan chaman / & eman. & calcal. & dorda filiis maol. Ethan robustissimus interpretatur / chanaan orientalis dr: p que parens ille primus figuratur. Qui robustissimus fuit / quando a creatore do formatus ab ipso audiuit. Crescite & multiplicamini & replete terram / & dnamini piscib maris. & uolatilib celi. & bestiis terre. Qui recte orientalis dr: qa de orientali habitatione paradysi p gdtur: Qui p secto multa sapientia re pollebat / quando omni animae uiuenti nomen formabat. Eman fidelis interpretatur: p que noe figuratur / qui diluuio peccatis seli merito fidei subduitur. Qui quanta sapientia callui cum centum annis arcem fabricee instituit / in qua totum creaturae q sup terram fuit. post ueritatem seruauit. Calcal gubernans ut pascens dr: p que abraham intelligitur / qui uere fidei scientia totum mundi erudicione profecit. Qui nimirum magnae sapientiae uigore tenuit. cum in suo semine totum mundum benedicendum prestiuit / eum in sacrificio uespertino. qd ad solis occasum obtulit. & & ecclie sacramenta. & futuri iudicii tonitrum praedixit. Dorda genitio scientiae interpretatur: p qd moyses figuratur / qui generationem scientiae mirabiliter exequitur / cum creationem celi & terre in comparabiliter persequitur. Quantae iste scientiae fuit / qui generationes celi & terre describere potuit. Ethan. & eman. & calcal. & dorda. filii maol ecce describuntur. qd chorus ut de plenitudine dicit / qa eae sapientia de plenitudine celi p gdtur: His g omnib. sapientior sapientib. salemon ecce phibet / qa xpus homo ds. fons &